9

DN.

DEORUM ET DEARUM
in Parnaſsio Concilio
FESTIVA CELEBRATIO
ONOMASTERIORUM

Viri Multijugà Eruditione, & Eximià Dignitate Præſtantiſſimi,

DN. M. ANDREÆ MOLLERI PEGAVII, P.L. Cæſ.

atqve p.t. Phrontiſterii Freibergenſis Hermundurorum Pro-Rectoris
fideliſſimi, meritiſſimi,

Numeris levioribus conſcripta,

Eidemqve utpote Fautori & Patrono ſuo tempeſtatem omnem
impenſè venerando,

In debitæ obſervantiæ τεκμήριον Freibergam
Philuréis Athenis tramiſſa
à congratulanti, & congaudenti

DAVIDE QVELLMALTZIO Freibergâ Hermunduro, Philoſ. Studioſo.

EST mons, qvi bifido clivo ferit aſtrica tempe,
Parnaſſum dicunt. Hìc ingens unda Deorum,
Divarumqve, volente illius Præſtite Phœbo,
Confluxit, qvibus intererat Charitëia Triga,
Hippocreniſatûmqve Trias qvadrata Sororum,
Qvæ, dum trux rabiit rabido Bellona furore,
Omnino ſiluére, nec infregére ſonoris
Virgineos chelyſin digitos, ut inante ſolebant.
His Aganippæus Satraps, intonſus Apollo
Seſe infert mediis, ſolioqve locat ſtellanti,
Et veniam Divis, & Dîis, jubet, eſſe ſedendi.
Dêin ſic ex alto (grave & immutabile ſanctæ
Pondus adeſt voci, verba ejus fata ſeqvuntur,)
Infit: Nunc agite, ignipedum frenator eqvorum
Titan, aſtratis pilum vallatus elenchis,
Axe refert feſtas *Andreæ Onomaſmatis* horas:
Hincqve iterum noſtri celebranda *Diêcla Miniſtri*
ANDREÆ MOLLERIADÆ *Freibergide fœtà*
Ditibus argenti venis qvi plurima nobis
Germina alit, doctis ſtudiis formando juventam.
Qvin *Hic* ab ungviculis primævis dia fluenta,
Hauſit Caſtalii: Nec eum piget immori olivo
Nocturno, & vigili Soles proferre lucernà.
Hinc habet *Is*, qvæcunqve poteſt Natura benigna,
Et qvæcunqve poteſt dare ſedula cura cuiqvam.
Hinc etiam Æneadum Genitrix, & Teliger ejus
Filius oblectant animos ita cantibus *Hujus*,
Ut Cypripor pennas alis evellat, *Hic Ipſe*
Scribat ut uſqve ſuis: At Cypria Diva levavit
Extemplò largos, nuper qvos hauſerat, ignes.
Qvid? Devergit in *Hunc* jam noſtri libra favoris
Plus, qvia ſectatur ſtudio fervente Medendi
Artem, hinc *Doctoris titulo qvoqve mactus abibit.*
Aſt qvò deducor? Memori concepta Parente
Concio, tuqve Trias Charitum, vos Dîiqve, Deæqve
Nunc celebrate *Ejus* feſtas *Onomaſmatis Idus*,
Nunc & Apollineo vos fila ſonantia plectro
Huic qvatite, & lepidis Hymnis animate choreas.
Sic volo, ſic jubeo, rata ſint qvæcunqve jubentur.
Sic fatus. Clarides, Chariteſqve, Dîiqve Deæqve
Omnes juſſa parant, & mox ſolantia curas
Fila movent, aſſàqve canunt hoc voce Meliſma:
Floreat, & vireat MOLLERUS gloria noſtra!
Floreat, & vireat, ſed flore perenni, uti largas
Conſita propter aqvas viridis ſemper viret alnus.
Vivat Is! O vivat Nelidæ ſecula Regis!
Vivat! & hæcce ſui fulgere Onomaſmata cernat!
Sed veges, atqve omni detectus pectora nube!

Lipſiæ excudebat Henning. Köler. Anno 1653.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-86953-p0002-0

DEORUM ET DEARUM
in Parnaſsio Concilio
FESTIVA CELEBRATIO
ONOMASTERIORUM

Viri Multijugà Eruditione, & Eximià Dignitate Præſtantiſſimi,

Dn. M. ANDREÆ MOLLERI PEGAVII, P. L. Cæſ.

atqve p.t. Phrontiſterii Freibergenſis Hermundurorum Pro-Rectoris
fideliſſimi, meritiſſimi,
Numeris levioribus con
Eidemqve utpote Fautori & Patron
impenſè venera
In debitæ obſervantiæ τεκμ
Philuréũ Athenis t
à congratulanti, & con
DAVIDE QVELLMALTZIO Frei ... o.

EST mons, qvi bifido clivo
Parnaſſum dicunt. Hìcingens
Divarumqve, volente illius Pr
Confluxit, qvibus intererat Ch
Hippocrenìſatûmqve Trias qva
Qvæ, dum trux rabiit rabido Be
Omnino ſiluére, nec infregére
Virgineos chelyſin digitos, ut i
His Aganippæus Satraps, intonſ
Seſe infert mediis, ſolioqve loc
Et veniam Divis, & Dîis, jubet,
Dêin ſic ex alto (grave & imm
Pondus adeſt voci, verba ejus f
Infit: Nunc agite, ignipedum
Titan, aſtratis pilum vallatus
Axe refert feſtas *Andreæ Onomaſ*
Hincqve iterum noſtri celebra
ANDREÆ MOLLERI
Ditibus argenti venis qvi plurim
Germina alit, doctis ſtudiis forma
Qvin *Hic* ab ungviculis primævi
Hauſit Caſtalii: Nec eum pig
Nocturno, & vigili Soles prof
Hinc habet *Is*, qvæcunqve pot
Et qvæcunqve poteſt dare ſedu
Hinc etiam Æneadum Genitrix
Filius oblectant animos ita can
Ut Cypripor pennas alis evell
Scribat ut uſqve ſuis: At Cyp
Extemplò largos, nuper qvos h
Qvid? Devergit in *Hunc* jam
Plus, qvia ſectatur ſtudio ferv
Artem, hinc *Doctoris titulo qv*
Aſt qvò deducor? M
Concio, tuqve Trias Charitu
Nunc celebrate *Ejus* feſtas *On*
Nunc & Apollineo vos fila ſonantia p
Huic qvatite, & lepidis Hymnis animate choreas.
Sic volo, ſic jubeo, rata ſint qvæcunqve jubentur.
Sic fatus. Clarides, Charitesqve, Dîiqve Deæqve
Omnes juſſa parant, & mox ſolantia curas
Fila movent, aſſâqve canunt hoc voce Meliſma:
Floreat, & vireat MOLLERUS gloria noſtra!
Floreat, & vireat, ſed flore perenni, uti largas
Conſita propter aqvas viridis ſemper viret alnus.
Vivat Is! O vivat Nelidæ ſecula Regis!
Vivat! & hæcce ſui fulgere Onomaſmata cernat!
Sed veges, atqve omni detectus pectora nube!

Lipſiæ excudebat Henning. Köler. *Anno 1633.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-86953-p0005-7